nimirum censuit dicens: Coniurationis vel conspirationis crimen et ab exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat ammonere convenit. Si qui [a] ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopo aut clericis, gradus proprios amittant. Cernitur, quam sublimi auctoritate clericis [b], de quibus sermo exortus est, uti periuros et male coniuratos rite habendi et canonico iudicio reprobandi!

12. Ut ad sinodum, quae manifeste contra catholicam rectitudinem agit, non sit occurrendum. Obj. Apostolicus pontifex vocavit te ad sinodum; tu vero iussionem eius contempnens occurrere noluisti. Resp. Si aliquando ad vocem lupi cucurrit ~~lupus~~ ovis, et ego ad sinodum illam occurrere debui. Hinc est, quod Salvator ait: Oves pastorem [c] sequuntur, quia sciunt vocem eius, alienum autem non secuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. Annon sunt lupi, non sunt alieni, qui praefatam ordinationem subvertentes fere totam Italiam a pluribus annis velut paganam absque Christi religione vixisse blasphemant? [d] Dominus enim dixit et fecit: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis; vos econtrario dominicarum ovium lupinis dentibus non tantum corpora, sed quod est infelicius, et animas discerpere non erubescitis. ~~Pro~~ dolor! Ipsud est quod beatus Gregorius ~~per~~ dolens dicit: Considerate, quid de gregibus agatur, quando lupi pastores fiunt, contra quos Dei greges custodire [e] debuemus. Contempsi properare ad concilium. Ad quale concilium? Scilicet ubi fraudo baptismate baptizarer, ac per hoc non purificatus, sed potius contaminatus existerem. Quamobrem salubriter cum [f] elegi cum David

[a] ~~deest cod.~~ 13
[a] quis! ~~cod.~~
[b] clericis! ~~cod.~~
[c] pastores! ~~cod.~~
[d] f. ~~vixisse~~
[e] custodiri!
[f] deest 3.